





**IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic
Sciences
Corporation**

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N. Y. 14580
(716) 872-4503

1.8
2.0
2.2
2.5
3.2
3.6
4.0
4.5
5.0
5.6
6.3
7.1
8.0
9.0
10.0
11.2
12.5
14.0
16.0
18.0
20.0
22.5
25.0
28.0
31.5
36.0
40.0
45.0
50.0
56.0
63.0
71.0
80.0
90.0
100.0

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

1.0
1.2
1.5
1.8
2.0
2.2
2.5
3.0
3.6
4.0
4.5
5.0
5.6
6.3
7.1
8.0
9.0
10.0
11.2
12.5
14.0
16.0
18.0
20.0
22.5
25.0
28.0
31.5
36.0
40.0
45.0
50.0
56.0
63.0
71.0
80.0
90.0
100.0

© 1982

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



National Library of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol \rightarrow (meaning "CONTINUED"), or the symbol ∇ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole \rightarrow signifie "A SUIVRE", le symbole ∇ signifie "FIN".


Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

re
détails
es du
modifier
er une
ilimage

es


errata
l to
t
e pelure,
on à


OFFICIUM
IN HONOREM
DOMINI NOSTRI J. C.
SUMMI SACERDOTIS
ET
OMNIUM SANCTORUM
SACERDOTUM
AC LEVITARUM.



MONTI-REGALI;
Apud FLURIUM MESPLET, Typographum & Bibliop.

M. DCC. LXXVII.





F E R I A V .

Q U Æ P R I M A O C C U R R I T

Post diem 29. Augusti

F E S T U M

D I V I N I S A C E R D O T I I D . N . J . C .

E T O M N I U M

S S . S A C E R D O T U M E T L E V I T A R U M

D U P L E X I . C L A S S I S .

In toto Officio dicuntur Psalmi ut in Festo Corporis Christi.

A D I . V E S P E R A S .

ficia. *Psalmus 115.* Credi-
di, &c.

Zach.
6.

Ant. **E**Cce vir, oriens
nomen ejus, adifi-
cabit templum Domino;
& erit Sacerdos super folio
ejus. *Psalmus 109.* Dixit
Dominus, &c.

Ant. Idoneos fecit minif-
tros novi testamenti, non
littera, sed spiritu. *Psal-
mus 127.* Beati omnes qui
timent, &c.

2. Cor.
3.

Heb.
6. & 9.

Ant. Jesus Pontifex fac-
tus in aeternum, ad desti-
tutionem peccati, per Hos-
tiam suam apparuit. *Psal-
mus 110.* Confitebor tibi
Domine, &c.

Ant. Homines magni vir-
tute, nuntiantes in populis
sanctissima verba: multam
gloriam fecit eis Dominus.
Alleluia.

Eccli.
44.

CAPITULUM. *Heb. 3.*

Pfal.
49.

Ant. Congregate illi sanc-
tos ejus, qui ordinant tes-
tamentum ejus super sacri-

Considerate Fratres san-
cti, vocationis caelestis par-

tipices, Apoftolum & Pontificem Confeflionis noſtræ Jeſum, qui fidelis eſt ei qui fecit illum.

H Y M N U S.

CESSANT figuræ, non litat impares

Impar Sacerdos amplius Hoſtias :

Jam Pontifex fit numen ipſum ;

Se que ſibi Deus agnus offert.

VITAM cruentus qui ſemel obtulit ,

Se non cruentum jugiter immolat :

Maſtatus aris, & renaſcens ,

Perpetuo moriendo vivit.

AD GRANDE munus nos Deus erigit ,

Quos intus ungit ſacrificos ſibi ,

Pondus caduci ſuſtinemus Angelicis humeris tremendum.

O QUAM ſtupendæ quas agimus vices !

Quem prona Cœli curia ſuſpicit ,

Sacras ad aras imperantes Nos docilis Deus ipſe ſentit.

CHRISTUM Sacerdos cœlitus evocas ,

Per te creatur qui creat omnia :

Immotus orbem qui gubernat

Se tibi dat facilem moveri. Non impotenti, criminis arbiter ,

Verbo reſolvit ferrea vincula :

Quas ſers Magiſtra voce, numen

Ecce ſibi putat eſſe leges.

LAUS ſumma Patri, ſumma que Filio ,

Qui ſe parenti conſecrat Hoſtiam :

Sacro miniſtri quo dicantur

Chriſmate, laus tibi flamen alnum. Amen.

V. Erunt Sacerdotes Dei Apoc. & Chriſti. 20.

R. Et regnabunt cum illo.

AD MAGNIFICAT.

Ant. Talem habemus Heb.8

Pontificem qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri quod fixit Dominus & non homo.

O R A T I O.

DEUS, qui unigenitum tuum nobis dedisti ſummum

Sacerdotem ; ei que ad sacrificandum tibi Hostiam mundam , & ad promovendam generis humani salutem , sanctos Sacerdotes & levitas consortes tribuisti . quæsumus , ut iisdem sanctis Sacerdotibus & levitis intercedentibus , spiritum gratiæ cui servierunt , in Ecclesia tua excitare digneris . Per eundem..... in unitate ejusdem.

*In fine Hymni completorii,
& aliorum ejusdem metri,
ultima stroph.*

JESU Sacerdos Hostia,
Sit laus tibi, sit gloria
Cum Patre, & sancto Spiritu.

In sempiterna sæcula.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

1. CHRISTUM Pastorem &
Petr. Episcopum animarum nostrarum.* Venite adoremus.

2.

H Y M N U S.

TARTARI diræ paveant cohortes ;
Bella divinum meditatur agmen :

In suis sanctis Deus ipse miles

Prælia tentat.

PRODEUNT tecti galea salutis,

Cum signo crucis, gladio que verbi

Intonant Christum , ruit ecce præceps
Hostis inumbras.

PAX tuos ergo manet alta fines,
Christe, jam liber tibi servit orbis,

Jam tuis latè tua sponsa regnat

Tuta ministris.

SUSTINENT curas gregis, & qui escit :

Leniunt flendo lacrimas gementum :

Quas sibi diri rapiunt, egenus

Pascitur escis.

CÆLITUM cantus imitando, numen

Laude ter sanctum celebrant perenni :

Mente jam cælo, sua membra, casti

Vix sua credunt.

SI REO vindex minitatur ira,

Inferunt blanda prece vim tonanti ;

Vincitur votis Deus & vibrata

Tela coercet.

QUÆ tuis formas populis ministros,

Laus tibi jugis, deitas suprema,

Fac ut in clero sua prima virtus

Christe resurgat. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Jerem.

3.

Ant. Dabo vobis pastores juxta cor meum, & pascant vos scientiâ & Doctrinâ. *Pſalmus* 1. Beatus vir qui non abiit, &c.

Ezech.

44.

Ant. Populum meum docebant quid sit inter sanctum & pollutum, inter mundum & immundum. *Pſalmus* 4. Cum invocarem, &c.

Iſa.

62.

Ant. Super muros tuos Jerusalem constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *Pſalmus* 15. Conserva me, &c.

Levit.

21.

V. Sancti erunt Deo suo. *R.* Et non polluent nomen ejus.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebreos. *Cap.*

5.

LECTIO I.

OMnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis; qui condolere possit iis, qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate; & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro se metipso

offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Sic & Christus non se met ipsum clarificavit ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: filius meus es tu, ego hodie genuite; quemadmodum & in alio loco dicit: tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Tu autem.

R. Excelsum fecit Dominus Aaron, & dedit illi Sacerdotium gentis. * Melioris testamenti sponsor factus est Jesus. *V.* Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis: tue es Sacerdos in æternum. * Melioris.

Eccli.

45.

Heb.6

Pſal.

109.

LECTIO II.

Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationes que ad eum qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtem-

perat tibus sibi, causa salutis æternæ; appellatus a Deo Pontifex juxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum.

Tu autem.

Luc.
21.

R. Accepto Jesus pane, gratias egit & fregit, & dedit eis dicens: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur; * hoc facite in meam commemorationem.

Paral.
29.

V. Filii mei nolite negligere, vos elegit Dominus ut stetis coram eo, & ministratis illi.

* Hoc facite.

LECTIO III.

De libro Ecclesiastici. Cap.

44.

Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros, in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentiam suam a sæculo.... homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus.

Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Ecclesia.

Tu autem.

R. Vos estis lux mundi. * Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

Math.
5.

V. Stellæ dederunt lumen in custodiis suis; vocatæ dixerunt ad fumum; & luxerunt Deo cum jucunditate. * Sic luceat.

Baruc.
3.

IN II. NOCTURNO.

Ant. Inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis adimplebitur.

Jerem.
31.

Psalms 19. Exaudiate, &c.

Ant. Super frumento & vino erit anima eorum quasi hortus irriguus. Psalmus 22. Dominus regit me, &c.

Jerem.
31.

Ant. Lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta & victimæ eorum placebunt mihi. Psalmus 41. Quemadmodum desiderat.

Ise. 36

V. Sacrificent sacrificium laudis.

Psal
106.

R. Et annuntient opera ejus in exultatione.

Sermo Sancti Leonis Pa-
pæ. In anniverfario Affum-
ptionis fuæ ad fum. pont. ex
vetuft. cod.

LECTIO IV.

Adest, dilectiffimi,
quod non temere,
fed fideliter confitemur, in
medio credentium Domi-
nus Iesus Chriftus, &
quamvis ad dexteram pa-
tris febeat, non deest ta-
men, pontifex fummus; a
fuorum congregatione Pon-
tificum; merito que illi,
Ecclefie, & omnium Sa-
cerdotum ore cantatur: tu
es Sacerdos in æternum,
fecundum ordinem Mel-
chiffedech; ipfe enim ve-
rus & æternus est antiftes,
cujus administratio nec
commutationem potest ha-
bere, nec finem.

Tu autem.

Math. *R.* Amen dico vobis. *
18. Quæcumque alligaveritis
super terram, erunt ligata
& in cælo; & quæcumque
folveritis super terram,
erunt foluta & in cælo.

Paral. *V.* Videte quid faciatis,
19. non enim hominis exer-
cetis iudicium, fed Domini.
* Quæcumque.

LECTIO V.

Ipfè est cujus formam
Melchiffedech præfere-
bat, non Judaicas Hoflias
offerens Deo; fed illius Sa-
cramenti immolans sacrifi-
cium, quod redemptor no-
fter in fuo corpore & fan-
guine confecravit. Non est
itaque nobis, dilectiffimi,
præfumptuofa feftivitas;
quia Sacerdotii diem, di-
vini muneris memores, ho-
noramus; quando quidem
pie & veraciter confitemur,
quod opus ministerii noftri,
in omnibus quæ recta agi-
mus, Chriftus exequitur;
& non in nobis, qui fine
illo nihil possumus; fed in
ipfo, qui poffibilitas uoftra
est, gloriamur.

Tu autem.

R. Ego dedi vobis fra-
tres vefros levitas, ut fer-
viant in ministeriis taber-
naculi ejus. Vos autem Sa-
cerdotes Dei vocabimini.
* Et ministri Dei noftri di-
cetur vobis.

Num.
18.

Iza.61

V. Si quis mihi minif-
traverit, honorificabit eum
pater meus.

Joan.
12.

* Et ministri.

LECTIO VI.

Sermo Sancti Joannis Chri-
sostomi.

Libro 3: de Sacerd. Cap. 3.

Sacerdotium ipsum in
terra quidem peragitur;
sed in rerum cœlestium
classe[m] ordinem que refe-
rendum est, atque id per
quam merito idcirco
necessè est Sacerdotem sic
esse purum, ut si in ipsis
cœlis collocatus, inter cœ-
lestes illas virtutes medius
staret ô miraculum! ô
Dei benignitatem! qui ter-
ram incolunt, atque in ea
versantur, iis commissum
est ut ea quæ in cœlis sunt
dispensent: iis datum est
ut potestatem habeant,
quam Deus omnipotens ne-
que Angelis, neque Ar-
changelis datam esse voluit.
... Pater omne iudicium
filio dedit; cæterum video
omne iudicium a Deo Filio
Sacerdotibus traditum.

Tu autem,

Eph. 41. *R.* Unicuique nostrum
data est gratia secundum
mensuram donationis Chri-
sti, * in opus ministerii,
ad ædificationem corporis
Christi.

V. Domini est Assumptio
nostra, & Sancti Israel Re-
gis nostri.

* In opus.

Gloria Patri * in opus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. Sacerdotes & Levitæ
qui custodierunt cœremo-
nias Sanctuarii mei, ipsi
accedent ad me ut minis-
trent mihi.

Psalms 42. *Judica me*
Deus, &c.

Ant. Non erit eis here-
ditas, ego enim possessio
eorum.

Psalms 80. *Exultate*
Deo, &c.

Ant. In terra sua dupli-
cia possidebunt, lætitia
sempiterna erit in eis.

Psalms 83. *Quam di-*
lecta, &c.

V. Beati servi tui Domi-
ne.

R. Qui stant coram te
semper.

LECTIO VII.

Lectio Sancti Evangelii se-
cundum Matheum. *Cap. 5.*

In illo tempore dixit Je-
sus Discipulis suis: vos
estis sal terræ; quod si sal
evanuerit, in quo salietur?
& reliqua.

Homilia sancti Gregorii
Papæ. *Homilia 7a. in Ev.*

Considerandum nobis
est, fratres charissimi,
...quod a Domino sanctis
dicitur Apostolis, & per A-
postolos nobis: vos estis sal
terre: si igitur sal sumus,
condire mentes fidelium
debemus. Vos igitur qui
pastores estis, pensate quia
animalia Dei pascitis; de
quibus profecto animalibus
Deo per Psalmistam dicitur:
animalia tua habitabunt
in ea. Et sæpe videmus
quod petra salis brutis
animalibus ante ponitur,
ut ex eadem salis petra
lamtare debeant & melio-
rari. Quasi ergo inter bruta
animalia, petra salis debet
esse Sacerdos in populis....
Ut quisquis Sacerdoti jun-
gitur, quasi è salis tactu
æternæ vitæ sapore condia-
tur.

Tu autem.

Dan. 12. *R.* Qui docti fuerint, &
ad justitiam erudiunt mul-
tos, quasi stellæ * fulge-
bunt in perpetuas æterni-
tates.

1. Tim. 5. *V.* Qui bene præfunt præ-
sbyteri, duplici honore dig-
ni habeantur, maxime qui
laborant in verbo & Doc-
trina. * Fulgebunt.

LECTIO VII.

Sal etenim non sumus,
si corda audientium non
condimus: quod condi-
mentum ille veraciter pro-
ximo impendit, qui præ-
dicationis verbum non sub-
trahit. Sed tunc aliis recta
vere prædicamus, si dicta
rebus & exemplis ostendi-
mus. Nullum autem puto,
fratres charissimi, ab aliis
majus præjudicium quam a
Sacerdotibus tolerat Deus:
quando eos quos ad alio-
rum correctionem posuit,
dare de se exempla pravi-
tatis cernit: quando ipsi
peccamus, qui compeßere
peccata debuimus: nulla
animarum lucra quærimus,
ad nostra quotidie studia
vacamus, terrena concu-
pissimus, humanam glo-
riam intenta mente capta-
mus.

Tu autem.

R. Ad interiora velami-
nis præcursor pro nobis in-
troivit * Jesus secundum
ordinem Melchisedech
Pontifex factus in æternum.

V. Sicut aquila provo-
cans ad volandum pullos
suos, & super eos volitans.
* Jesus.

Gloria Patri. * Jesus.

Heb. 6.

Deut. 32.

LECTIO IX.

ET si eo ipso quo cæ-
teris Prælati sumus ,
ad agenda quælibet , ma-
jorem licentiam habemus ,
susceptæ benedictionis mis-
terium vertimus ad ambi-
tionis argumentum : Dei
causas relinquimus , ad ter-
rena negotia vacamus : lo-
cum sanctitatis accipimus ,
& terrenis actibus implica-
mus. Impletum est in no-
bis quod Jeremias , confi-
derans mortem nostram , &
deplorans , ait : quomodo
obscuratum est aurum , mu-
tatus est color optimus ?
Dispersi sunt lapides sanc-
tuarii in capite omnium
platearum.

Tu autem.

Te Deum laudamus;

AL LAUDES.

Heb. 7. *Ant.* Talis decebat ut
nobis esset Pontifex sanc-
tus , innocens , impollutus ,
& excellior cœlis factus.

Psalms. Dominus reg-
navit. *Cum reliquis de lau-
dibus Dominicæ.*

Eccli. 45. *Ant.* Hos elegit ab omni
vivente , offerre sacrificium
Deo ; & in lege sua lucem
dare Israel.

Ant. Boni dispensatores 1.
gratiæ Dei , providentes Pct.
secundum Deum , & forma 4. & 5.
facti gregis ex animo.

Ant. Dederunt in cele-
brationibus decus , & orna- Eccli.
verunt tempora usque ad 47.
consummationem vita.

Ant. Jesu Christo , qui Apoc.
fecit nos regnum & Sacer- 1.
dotes , gloria & imperium
in sæcula sæculorum.

CAPITULUM. *Heb.* 6.

AD interiora velaminis
præcursor pro nobis
introivit Jesus , secun-
dum ordinem Melchisse-
dech Pontifex factus in æ-
ternum.

H Y M N U S.

JAM non bella furunt :
post data prælia ,
In longa placidi pace quies-
citis :

Pastor pro grege pasto ,
Pleno numine pascitur.

GENS pervos superum
cœtibus addita ,
Cœlo vos geminis plausi-
bus excipit ;

Certat prompta coronas
Vestris nectere frontibus.

DENSIS quæ fuerat nu-
bibus obsita ,

Puro nuda patet lumine
veritas ;

Aris quæ latitabat ,
Se nunc Hoftia detegit.

Os quondam madidum
fanguine numinis ,
De torrente bibit gaudia
plenius :

Quem sprevere superbo
Mundum nunc pede com-
primunt.

Quæ stellata poli tangi-
tis atria

Proles veftra fumus , pon-
tificates facri ;

Quæ fuprema tenetis ,
Nati poffideant bona.

PER vos affiduis culta
laboribus

Tellus nos fegetes pinguior
attulit :

Veftram ferte fuperni
Meffem Patris in herrea.

JUGIS fuma trias , fit
tibi gloria :

Quæ folemne tuo præpofi-
tis gregi ,

Pro mercede laboris ,
Te das prodiga præmiam.

Amen.

V. Nimis honorati funt
amici tui Deus.

R. Nimis confortatus eft
principatus eorum.

AD BENEDICTUS.

Ant. Jam non dicam vos
fervos , vos autem dixi
amicos , quia quæcumque

audivi a patre meo nota
feci vobis.

O R A T I O.

DEUS qui unigenitum
tuum nobis dedifti
fumum Sacerdotem , ei-
que ad facrificandam tibi
Hoftiam mundam ; & ad
promovendam humani ge-
neris falutem fanctos Sacer-
dotes & Levitas confortes
tribuifti ; quæfumus , ut ,
iifdem fanctis Sacerdotibus
& Levitis intercedentibus ,
fpiritum gratiæ cui fervie-
runt in ecclefia tua excitare
digneris. Per eundem,.....
inunitate ejufdem,

AD PRIMAM.

Ant. Talis decebat.

In R. Brevi V.

Qui es Sacerdos in æter-
num.

AD TERTIAM.

Ant. Hos elegit.

CAPIT. Heb. 7.

CHRIŒTUS Jefus , eo
quod maneat in æter-
num , fempiternum habet
Sacerdotium : unde falvare

in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.

Heb. c. *R. Bre.* Christus per proprium sanguinem * introiit semel in sancta.

R. Christus.

V. Æterna redemptione inventa.

* Introiit.

Gloria Patri.

R. Christus.

Apoc. 5. *V.* Fecisti nos Domine Deo nostro regnum.

R. Et Sacerdotes.

AD SEXTAM.

Ant. Boni dispensatores.

CAPITULUM. *Heb.* 3.

CHRISTUS non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum; tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Apoc. 5. *R. Bre.* Fecisti nos Domine * Deo nostro regnum.

R. Fecisti.

V. Et Sacerdotes. * Deo nostro.

Gloria Patri. *R.* Fecisti nos.

Pfal. 91. *V.* Benedicite Domino omnes ministri ejus.

R. Qui facitis voluntatem ejus.

AD NONAM.

Ant. Jesu Christo.

CAPIT. *Heb.* 4.

HABENTES pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum Filium Dei, teneamus confessionem.

R. Bre. Benedicite Domino * omnes ministri ejus.

R. Benedicite.

V. Qui facitis voluntatem ejus * omnes.

Gloria Patri.

R. Benedicite.

V. Custodiebant testimonia ejus.

R. Et præceptum quod dedit illis.

AD II. VESPERAS.

Omnia dicuntur ut in primis, præter. V. & Ant. Seq.

V. Ego dixi dii estis.

R. Et filii excelsi omnes.

AD MAGNIFICAT.


Ant. Dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum; ut edatis super mensam meam in regno meo alleluia.

Pfal 91.

Pfal 98.

Pfal 81.

Luc. 22.



CONSECRATIO
JESU ET MARIE.

ex
Joan.
17.
O Jesu Magister aman-
tissime , fac ut in te
requiescant animæ nostræ ,
& diligamus nos invicem , ut
simus tecum consummati
in unum , sicut tu unum
es cum patre , Sanctifica nos
in veritate , ut jam non si-
mus de hoc mundo ; sed
libenter in eo pressuram &
persecutionem patiamur ;
& sequamur te Magistrum
nostrum , quem priorem
mundus odio habuit. Do-
mine salva nos a malo , ut
fructum afferamus , & fru-
ctus noster maneat. Ita, Jesu
sancte, perficiamus cursum

nostrum , & ministerium
quod posuisti in manibus
infirmis , ut recipere me-
reamur coronam justitiæ ,
& depositum gloriosum ,
quod repromisisti nobis.

O regina plena Majesta-
tis , Virgo Maria, ne
avertas oculos tuos miseri-
cordes a nobis. Fac præci-
bus tuis, Mater carissima, ut
Deus consummet adoptio-
nem discipulorum , & glo-
riosum titulum filiorum ;
ut coheredes effecti dilec-
tissimi filii tui, ejus semper
te cum lætemur aspectu.

A M E N,

